

Michael Einsperg

Oratio De Scholis Publicis Et Quod Informatio Puerorum & Iuventutis publica sit praeferenda privatae

Rostochii: Walther, 1653

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn730151972>

Druck Freier  Zugang



Ru. phil. 1653

Einprägung



ORATIO
DE
SCHOLIS
PUBLICIS


ET

Quod Informatio Puerorum & Juventutis
publica sit præferenda privatæ:

Conscripta

à

MICHAELE EINSBERG,
Anno Salutis per Christum reparatæ
M D C. LIII.



ROSTOCHII,

Typis Danielis Waltheri:

2110112
210





Agricultura in Semente Spem Messis
esse positam nos docet: ita totius reli-
que Vitæ Expectationem ab educati-
one pueritiæ pendere Experientia,
rerum omnium Magistra, testatur :
Adeo, ut etiam Parentes, ob benè e-
ducatos & instructos Liberos felices
haud immeritò prædicentur. Hinc
Solon coram Rege Lydorum Cræso,
Tellum Atheniensem beatissimum
prædicabat, quod & obitu pro Patria
honesto occubisset, & filios superstites reliquisset, pietate & Vir-
tute præcellentes. Vir sapientissimus etsi thesauros regio inspex-
erat, peragrarat florentissimum Regnum, viderat Regem magnificè
& tranquille omnibus imperantem : His tamen omnibus Obitum
beatum (ante quem nemo verè beatus dici potest) & Liberos benè e-
ducatos & instructos jure optimo præferebat. Nam ut prius præ-
teream, quod tamen Cræsu ipse Rogo impostus verissimum & cer-
tissimum esse confessus est, & suo Exemplo attestatus ; Posterior
beatitudinis parstanta est, ut si hanc quis consecutus fuerit, Li-
beros puto eruditione & Virtute florentes, is consecutus id videatur,
quod præter Salutem æternam omnes unice querunt. Atq; illud
ipsum est, in quo Cornelia Gracchorum Mater triumphabat. Cum
enim Campana Matrona apud illam hospita, Ornamenta sua illo
seculo pulcherrima ostenderet, remorabatur eam, quousq; è Schola
redirent Liberi : Et hæc, inquit, ornamenta mea sunt. Ex quo
intelligere licet; bonorum Parentum liberos, à bonis & benè instru-

Herodot.
lib. cap. 6.

Valer.
Max. lib.
4. cap. 4.

Etos Theſaurum regium Cræſi fiſcum, aurea Tantalı talenta, magnificas Perſarum gazas, & toto Orbe decantatam Arabum felicitatem inſinitis modis exuperare. Qui ſicuti Numinis benignitate Parentibus contigerunt; ita divino & humano jure curare tenentur, ut bene iidem habeantur, & educentur, nulliq; rei majorem laborem, quam inſtitutioni Liberos recte & commode impendendum eſſe, ab omni ævo ſapientiffimis ſemper viſum eſt. Idipſum verò privatim & domi rectius & commodius; quam publicè & in Schola fieri poſſe multi ſanè dicendi artificio, perſuadendi ſtudio multa dixerunt, ſcripſerunt, tantamq; ſibi pro privata inſtitutione ſuſceperunt propugnationem, ut pro aris & focis videantur decertaſe. Me autem, qui jam aliquot annos & privatim & publicè bonorum Liberos informavi, Scholæ & inſtitutioni publicæ palmam dare Uſus & Experientia jubet, & mihi quidem (ſalvâ tamen cujuſque Opinione) publica privatâ ſemper viſa eſt potior Diſciplina:

Hac de re, utilius ſc. pueros & Juventutem publicè informari, quam privatim; pauca, eaq; ſimplicia ſcribam: Benevolentiam rerò, placidumq; vultum, qui animi benevoli indicium eſt, ſpero, haud dubitans, quin Oratio mea, his veluti ſubventis, quem ſibi propoſuit portum, ex votis conſequatur.

An tequam autem rem ipſam aggrediar, pauca de Notatione nominis SCHOLÆ præmittenda puto. SCHOLÆ Vocabum à Græco σχολή, quod eſt Otioſior, deductum eſt, quia Muſarum Cultores, cæteris rebus & laboribus omiſſis, liberalibus ſtudiis vacare debent: vel etiam à Vacatione ſeu relaxatione, quæ ſtudiis perpetuis aliquando danda eſt, ne Vires animi & corporis defatigatz omnino pereant. Juxta illud:

Quod caret alternâ requie, durable non eſt.

Cum enim Otium bifariam accipitur, vel pro honeſto, liberalique; vel pro inhoneſto & illiberali; Non omni Otio literarum Studioſi vacant, ſed literario. De altero Otio impuro & illicito loquitur Propheta Ezechiel, inquiens: Ecce, hæc fuit iniquitas Sodomæ Sororis tuæ, Superbia, Abundantia & Otium ipſius & filiarum ejus, &c. Hoc Otium eſt pulvi-

nar

nar Sathanæ, fons & radix omnium malorum, & homini perniciosissimum. Sicut enim per rimam sentinæ aqua latenter intrat, & excrefcit, donec Navis per Nautarum incuriam demergitur: ita ex Otio & ignavia Cogitationes prævæ & Concupiscentia multiplicantur, donec Navis Cordis eis succumbens, peccato periclitetur, inquit Bernhardus. Ab Otio ergo liberali & honesto nomen habent Scholæ, quale fuit illud L. Luculli, qui post præclara Reipubl. munera ætate provectior, totum sese Otio Philosophico dedit. Hoc otium omnium est laboriosissimum, sed tamen malorum omnium fomites extinguit, ideoque ex Patribus quidam monet: Si non vis decipi à Diabolo; fac ut te semper occupatum inveniat. Hæc de Scholæ Notatione & Vocabulo, jam ad Rem: Præclare equidem & disertè admodum à multis olim de privata institutione dictum, ejusque causa defensa est, ut, si verborum fucus, quemadmodum in aliis sæpè rebus, ita in hac quoque veritatem possit obscurare, actum planè esset de publicis Scholis. Quid enim illi ad Causæ suæ patrocinium & defensionem non attulerunt? Quam multa subtiliter de Utilitate, & commodo ex institutione privata promanante? Quam multa graviter de More, de consuetudine, de Exemplis? Verùm, qui res à verbis secernit, & quod boni & circumspècti est animi, in utramque partem, quæ dici possunt, rectè percipit, ac Veritati in omnibus Controversiis locum relinquit, facile publicam institutionem ab injuria sæpissimè à contradicentibus ei illata vindicabit. Cum enim omnibus Animantibus, etiam quæ Natura ad partum abjecit, studium ab eadem inditum, quo noxia depellant, profutura consèctentur: tum hominibus imprimis imperavitur curam quâ enitantur, ut dignitatem, præstantiamque hominibus, præ cæteris animantibus divino munere concessam, ornavisse potius & amplificasse, quam abjecisse & diminuisse videantur; Cum autem Naturæ tanta sit infirmitas, tanta ingenii stupiditas, tanta Mentis hebitudo & Cæcitas, ut, nisi diligens educatio accesserit, conformatioque Doctrinæ

A ;

par-

parvulis, animantibus brutis evadant ineptiores. Tenebra
namque Juventus habet malum sibi naturam insitum, & ex la-
psu contractum protoplastorum scdissimo, ut sit fera, sit ma-
litiola, & semper à virtute ad Vitium proclivis. Id quod
planum faciunt, non sacrae solum paginae, sed & ipsa Experi-
entia, testis sat locuples, hoc ipsum quotidie nos edocet.
Quam primum enim infantulus à Matriculae suae dulcissimis
mammulis est prohibitus; en subito perditæ, & ab Adamo
hæreditate quasi acceptæ naturæ specimen edit: Omnium
malorum est capacissimus, in bonis verò hauriendis totus &
omnino stupidus. Si fortè perperam quicquam agi vider,
ah quam cito illud imitari & exprimere studet: Sin verò ad
honestas parentes bonis allicere connituntur verbis, omnem
institutionem renuit, respuit, & si cupidius instant, illico la-
crymula cadunt. Atque ea malitia in pueris his seculis ca-
pit incrementa, Ejusmodi autem naturam perditum filium fru-
gi reddere, hic labor, hoc opus est. Quo igitur remedio
tanto malo occurrendum? Multi sæpè Parentes liberos &
filiolos plorantes audire perhorrescunt. Et licet interdum
eò deveniant animi vehementiam commoti, ut jam magis ad
severitatem impliciti, quam ad Misericordiam proni videan-
tur, paternus tamen & maternus sanguis, qui, ut latinitatis
princeps Cicero testis est, magnam vim, magnam necessita-
tem possidet, & magnam religionem, retrahit, omnem seve-
ritatem excutit, nec in ira obfirmatiores Parentes esse finit.
Ergo, ubi jam aliquid ætatis habent, usque integer avi seu vitæ
sanguis incipit crescere, germani & fidelis parentis officium
sequitur parens, & filios naturam indomitos & feros ad Scholas
ablegat, eosque Præceptoribus piis, probis, doctis tradit in-
formandos, illis committit, istorum mandat fidei, ut sint qua-
si secundi, amore, curam & sollicitudine pueris parentes, ut mo-
deste vivere doceant, ut feram illam & belluinam ferè natu-
ram exuant, & honestas paulatim Artes instillent. Hic cre-
antur quasi novi homines, exuitur plena nequitiae vestis, indui-
tur candor & probitas: huc tortuosi & inflexi ramuli flectun-

tur

tur, ut ad justæ aliquando altitudinis culmen honoris perveniant & exrescant: hic relinquitur stultitia, cui indulgent per sapere parentes, arripitur Sapientia: hic feroces fiunt cicures: hic rustica morum insulitas interit, & Urbanitatis sœmen reviviscit: hic denique ignorantia nubes dispelluntur caliginosissima, & lux omnis Scientia exoritur clarissima, fontesque immortalis Sapientia fluunt. Hi sunt thesauri amplissimi, quos publica institutio in se reconditos habet: hæ sunt divitiæ, quas cultoribus suis promittit, quas præstat; hæ sunt bona, hæc commoda, quæ tanquam uberrima messis ex gremio suo abundantissimo effundit largissimè. O Majorum Sapientiam nunquam honorum titulis satis condecorandam! O Bonitatem, quæ nunquam non dico factis retribui, sed ne Cogitatione quidem satis honesta & gratâ recompensari potest! Tuam, O pia Antiquitas, Sapientiam, tuam Bonitatem, quam in constituendis Scholis publicis elucere fecisti, & posteris exhibuisti, omnes, quotquot erunt, si modo guttula honestatis in ipsis delituerit, si modo ex historia Philippi Macedonis didicerint, nihil esse turpius, nihil flagitiosius, quam si cujus fronti hæc inuri stigmata possint - **HOSPES INGRATUS**, æternâ memoriæ recordatione celebrabunt. Celebranda etiam merito veneranda posteritas, quæ à Majoribus constitutas Scholas, ex quibus tantus tantorum bonorum cumulus in omnes pietatis, Virtutum & eruditionis amantes redundat, piâ religione conservat. Itaque ad Scholas, & quidem publicas ableganda est Juventus, ubi non vulgi, in quo, ut loquitur Eloquentiæ ille Pater, Cicero, nec Judicium, nec *Orat.* Consilium, nec Discrimen, sed Virorum prudentissimorum, pro usu, & rerum multarum experientiâ, magnis sumptibus hinc *Planc.* inde acciti, & in omnium Doctrinarum genere exercitati Viri, quos Plutarchus Doctores requirebat, inveniuntur: Non hic ebriosi, unde pessimum Discipuli Exemplum trahant: non blasphemii, qui vitiosam pravitatem in eos transferant, admittuntur: sed tales, qui duces Juventutis sunt optimi, fidelissimi. Ad sunt præterea hic non vulgares, sed publicâ *Autho-
ri-*

ritate ex optimis collecti Ephori & Inspectores, qui suâ præsentia, creberrimo accessu, inspectione fidelissimâ stimulos quasido centibus in docendo & informando addunt: tanquam Scholarum Nutritii Docentibus de subsidiis & salariis liberaliter prospiciunt: Diligentiam & Assiduitatem laudibus efferunt, in negligentiam verò severe animadvertunt; Hinc illi sui non immemores Officii Scholas non solum mirâ dexteritate ac fide regunt ac gubernant, sed pia quoque & erudita scripta Juventuti, non sine maximo labore instillant, & summâ assiduitate inculcant. Quanto enim cum fructu divino fontis Israël liquore tincti Theologi sacrosanctam hic proponunt Theologiam? Jurisperiti Juris & æqui doctrinam? Sanitatis vel integræ conservandæ, vel afflictæ restituendæ scientiam Medici? quantâ suavitate sapientia humana longaque rerum experientia præstantissimi Philosophi de rerum natura moribusque honestis doctrinam? adeo ut nihil, nihil inquam, in harum utilissimarum disciplinarum corpore, atque in omnibus artibus, scientiis possit desiderari. O igitur Magistratum omni laude, & quidem sempiternâ dignissimum, cui usque adeo literarum domicilia curæ sunt, ut nihil plane, quod ad ea conservanda & augenda pertinet, intermittat! O Seculum beatissimum! O terque quaterque felices Adolescentes & Juvenes, quibus tales Institutores Vitæ, morumque Architecti præficiuntur! Cæterum, quam lubrica quæso pueritiæ & Adolescentiæ ætas, quam infirma, quam ad Voluptatem prona, ad intemperantiam propensa? ad quævis flagitia suo opte impetu proclivis, atque adeo mille tendiculis improbi illius & maligni Spiritus infinitis illecebris & Mundi corruptelis obnoxia? Nam eo in flore ætatis maxime omnium se prodit ingenitus ille depravatæ naturæ morbus, quando haud aliter atque Calx affusa aqua, aut ignis oleo infuso plena vi exæstuat indomita concupiscentia, totumque Chaos humanorum affectuum in apertum se profert. Hanc Adolescentiæ ingenitam pravitatem & malitiam domi optime inter parietes privatos, privatis à Præceptoribus, qui corripi

rigi posse autumant, falli eos & toto Cœlo errare experientia
 quotidiana satis, meo quidem iudicio, semperque testatur.
 Quam enim cœcus ibidem sæpenumero Amor Parentum, ?
 quam indulgens nimis educatio: quam negligens Disciplina?
 Ubi Pædagogus Mulierculas aut Viros interdum, præter bar-
 bam mulierculis similimos audire cogitur, qui crudula qua-
 dam Misericordia, aut inimica benevolentia, laxatis Disci-
 plinæ vinculis in agnita Malitia & morum pravitate adole-
 scere Adolescentes potius, quam *ἐν παιδείᾳ καὶ ἡθελία*
κρίσις; secundum Paulinam exhortationem, institui eos vo-
 lunt & educari: O pestem, O labem! O Vitiõrum & malor-
 um Magistram! Accidit enim, ut ad hunc modum edu-
 cati Adolescentes Equo feroci non fiant absimiles, qui excuf-
 so Sessore, suo fertur impetu, donec aut freno injecto coer-
 ceatur, aut ipse se præcipitet. At vero, si quis publicam in-
 stitutionem consideret, ea quam optimè innatam istam pra-
 vitationem emendari, vel me tacente, iudicabit: Etenim Præ-
 ceptores huic præfecti, qui observant illud Lyconis Philoso-
 phi, qui duos acerrimos stimulos puerorum ingeniis exci-
 tandis adhibendos esse existimabat, Pudorem, quem iusti pro-
 bri metum, & Laudem, quam omnium Artium altricem di-
 cebat; Commonefaciunt illi Adolescentes de pudore &
 magnanimitate ex sententia Platonis ingenita nobis, idèoque
 pudore quasi quodam freno affectus à turpibus licet suavibus
 cohibent; Magnanimitatis calcaribus ad honesta, quamvis
 ardua propellunt. Hinc est quod laude, quo nullum am-
 plius præmium, ornant bonos & cohonestant, diligentia, in-
 dustriæ & probitati honorificum exhibent Testimonium;
 Desides vero; ignavos, contumaces & refractarios legum vin-
 culis coercent, & exhortationum, Objurgationumq; stimulis
 excitant: Hi vero Objurgationis pudore, vel pœnæ metu, si
 sint sanabiles, ad Officium adducuntur; Sin desperati fue-
 rint, ex Cœtu, numeroque proborum, ne exemplis suis aliis
 noceant, excluduntur. Perpendite hæc, & perpendite dili-
 genter, qui privatam institutionem tanti facitis, Scholas con-

Ephes. 6.

B

cræ

trâ publicas, quas Veterum quidam rectè domicilia pietatis, Officinas Artium, disciplinarum & Virtutum appellavit, occlusas planè vultis, earumq; Moderatores ex cœtu hominum quasi removendos & exterminandos clamitatis : Laudantur hortulani industrii, cum herbas frugibus inimicas eruncant, dant operam, ne plantulas illæ utiles suffocent; quanto igitur magis, ut ait Lutherus in Colloquiis, præ reliquis eligendi, & in pretio maximo habendi sunt industrii, fideles publici Præceptores, qui, ut Respublica literaria salva maneat & incorrupta, refractariorum naturam perditam & malitiam ingeneratam verbis verberibusque corrigunt, insanabiles ex agro scholastico exterminant. Quod si nihil aliud ex Scholis publicis quàm ista Morum disciplina peteretur, quis ea s non jure privata anteferet? Morum enim urbanitas quanta fit faciendâ nemo non videt, nisi sit rotus tardus & bardus, supinus & stupidus. Hæc tanti est apud alios omnes cordatos & verè doctos habita, ut etiam hominem, qui à morum civilitate alienus, se apud alios urbanè, comiter, honestè, amabiliter, venusteq; gerere minus didicit, licet omnia alia didicerit, non tamen doctum, sed indoctum & dediscentem vocitent; juxta illud : Qui proficit in literis, & deficit in moribus, magis deficit, quàm proficit. Et sane, quid est ab homine alienius, quàm cum homine non posse versari? Et nihil est homini spurcius, quàm cum homo à DEO rationalis sit conditus, se tamen ut sordidum pecus velle abjicere & prosternere, & ab omni se elegantia sejungere. Quid vero è contrario beatè vivendi rationi magis est amicum & consonum, quàm familiariter hominibus uti? qua de re perelegans ipsius Ciceronis Testimonium habemus, ubi in Epistola quadam ad familiarem suum Pœtum sic scribit: Extra jocum moneo te, quod pertinet ad beatè vivendum arbitror, ut cum viris bonis, junctis, amantibus tui vivas: nihil est aptius vitæ, nihil ad beatè vivendum accommodatius. Quare, nisi ab hominum communitate in vastam aliquam solitudinem demigrare sit animus, nisi hominum usu Adolescens & Juvenis spoliari velit, exuat oportet morum rusticitatem; quæ nullibi meli-

Lib. 9. fam. cap. 24.

melius quam in Scholis publicis corrigitur, tollitur. Cum enim intra privatos parietes educatus puer, cum Domestici, Ancillis & Servis, apud quos omnis urbanitas exaruit, versetur, horum etiam mores addiscit. Longè autem alia ratio in Scholis publicis, ubi non cum Servulis & Ancillis, sed cum Condiscipulis, literarum, honestarumque artium Studiofis est, vivit & conversatur, ubi, quos præcedat & quos sequatur, habet: quæ conversatio efficit, ut tandem & ipse honestus & benè moratus evadat! Nam,

Tum benè fortis equus reserato carcere currit,

Cum quos prætereat, quosq; sequatur habet.

Ovid. 3.
de arte.

Ut canit tuba Ovidii poetica. Quæ privata disciplina efficiat, quomodo mores Adolescentis conformet, paulo ante dixi. Videmus itaque, quod inter Scholasticum publicum & privatum, quoad MORES interfit. Sed si Scholas publicas ulterius consideremus, PRO FECTUS sanè in iis major est & felicior. Rerum, quod omnibus constat, discendarum permagna est Varietas, multitudo innumera, perplexitas inexplicabilis; quo fit, ut nemo tanta ingenii sagacitate aut industriâ præditus sit, ut unâ vice quæ audit, memoriæ statim infigere possit: sed optima memoriæ ars est, penitus intelligere, intellecta subinde repetere: Ubi ergo puer melius rem intelligit & memoriâ comprehendet, quam in publicis Artium Officinis, ubi Præceptores fideles fidelibus suis repetitionibus memoriâ juvant, eiq; succurrunt? Ubi major ansa intellecta relegeri, inculcata repetendi, quàm ubi Condiscipulos quotidie recitantes audit, & vel decies auribus percipit in Schola ex Commilitonibus, quæ domi, cum magno privati Præceptoris rædio, vix bis aut ter repetuntur? quin & non raro ab iis provocatus, de injunctis & inculcatis rationem reddere cogitur. Hinc factum esse animadvertimus, quod ex publicis Scholis semper prodierint, & hodierno die quasi turmatim emergant, qui facundè in Ecclesiâ concionantur, qui sapienti eloquentia moderantur Senatui, qui prudentissimè juradicunt, qui deniq; Judicio magno valent & autoritate. O eximios & magnificos Scholarum publicarum fructus! O

infignes institutionis & informationis diligentis utilitates.
O felices pueros & Adolescentes, qui ad publicas, ad publicas
inquam, Scholas ablegantur ! Quod si jam eorum in me-
dium afferre Exempla vellem, qui obscuro loco nati, Scho-
larum publicarum Præceptoribus adjuti ad dignitatis & hono-
ris gradum sunt evecti, nomen post se nunquam interiturū re-
liquerunt, Charta me deficeret. Quid enim referam de te,
æternum venerande Pater LUTHERE ? quam difficili cum
labore in annis juvenilibus publicas adire Scholas non defu-
gisti, & hac ratione summam eruditionem, doctrinam admi-
rabilem, rerum omnium experientiam consecutus es ? Non
solum patriæ alumnus eras Scholæ publicæ, verum & vidit te
Magdeburgum, & magna cum admiratione vidit : Vidit te
in clyta Academia Erfurtensis deditum optimis studiis : dispu-
tantem & dicentem suspexit, coluit in amore & deliciis habuit
alma Witeberga. Quid de te, mi reverende in CHRISTO
Pater QUISTORPI ? Tu, tu eras Ecclesiæ lumen, Aca-
demiæ Rostochiensis Ornamentum, imo columen, Rostochii
Patriæ tuæ fulcimen, tu eras Vir pietate, eruditione, judicio in-
genioq; vere magnus : Sed unde tibi hæc pietas, eruditio, ju-
dicii ac ingenii Præcellentia ? Ex Scholis & quidem publicis.
Jactis enim in Schola triviali patriæ probè fundamentis, ad
Scholam Berolinensem à suis ablegatus, atq; ibi per aliquot
annos in studiis humanitatis & literarum versatus fuit : Hinc
Francofurtum ad Oderam concessit, & postea Academiam,
Lipsiensem, Witebergensem, Jenensem, Marpurgensem &
alias adiit, perlustravit ; Silentio Scholarum illum Semina-
torem Philippum Melancthonem, Chemnitium, Hunnium,
prætereo : Quales Viros & quantos Theologos ! Lumi-
na profecto & firmamenta Scholæ & Ecclesiæ Christianæ : At
in publicis Scholis hi pietatis ac literarum fundamenta omnes
jecerant, publicorum Præceptorum informatione ad Erudi-
tionis culmina omnes ascenderunt. Et quare nos laudabi-
lem hanc & Ecclesiæ tum Reipubl. utilem pueros informan-
di consuetudinem laudibus summis non effereamus, cum tan-
tum


gum abfit, ut exterarum nationum populi eam vituperent, ut
eam à nobis addiscant, & suis etiam in locis florere potius cu-
pian: Exemplo fit Vir ille eximia prudentiæ & doctri-
næ Contareus, qui cum in Germania animadvertisset, non pro-
miscuè cuilibet, ut in Italia, Scholæ privatas aperire licere, sed
magna curâ & diligentia, & non nisi publica Authoritate, quo-
rum Vita & mores probati essent ad munera illa deligi, domû
reversus laudabilem hanc consuetudinem Venetis etiam suis
summa cum collaudatione persuadere, & in eorum Rempubl.
aliâ sapientissime institutam introducere non dubitavit. Neq;
tamen laudabilis hic mos ita Juventutem informandi apud
Francoſ primò cœpit, sed si fides habenda Historicis, apud
Francoſ olim, qui sub Quercu suos erudiebant discipulos,
percelebris fuit & usitatissimus: Et ut habet Plutarchus,
Lycurgi tempore Spartanorum Liberos non pro patrio arbi-
trio privatim parentibus educari erat permissum, sed simul
atque annum ætatis attingissent septimum, Lycurgus eos acce-
ptos publicis subdidit Præceptoribus; quo ipso Cives assue-
fecit, ut non vellent, nec scirent ullo modo privatim vive-
re, sed apud more ad Rempubl. semper essent comparati.
Sin hæc laudabilis passim jam in Orbe recepta Consuetudo
Scholis publicis laudis satis non afferret, ut eas pro privatis
eligendas putarem, vel ipsa necessitas huc impellere nos
deberet. Cum enim Rector ille humani Generis admirabi-
li planè diversitate ac ordine omnia ita disposuerit, ut non in
una domo, non uno in homine omnes artes, omnes discipli-
næ & scientiæ, quæ nos humaniores reddant, inveniatur, sed
ita divisæ ac dispersæ sint, ut hic Eloquentiæ ac Philosophiæ,
ille Theologiæ, Jurisprudentiæ, alius Medicinæ Cognitione
præditus sit, facile videmus, neminem domi in ergastulo qua-
si sedentem harum omnium posse fieri participem; An unus
ad tot disciplinas, tot facultates proponendas sufficiat? an-
non publicis istæ in Scholis, ubi singularum disciplinarum,
singularum facultatum Professores constitutos videmus, feli-
cius & majori cum fructu Juventuti instillantur? Quod

ipsum cum & Persæ probe intelligerent, non unum, sed quatuor, eosque non vulgares, sed, ut refert Plato, ex optimis electos Regibus suis præficiabant Præceptores, Sapientissimum videlicet, Justissimum, Temperantissimum atque fortissimum: Quorum primus Magicam, quæ erat illis Deorum cultus, & regia tradebat instituta; Secundus, ut in omni Vita verax esset, informabat; Tertius, ne ulla Cupiditate superaretur, ut & liberè vivere disceret, hortabatur. Quartus denique, ne quando metuens servus fieret, impavidum & intrepidum eum reddebat: O quanta Scholarum publicarum utilitas! Quantum commodum! Quanta bona ex iis in genus humanum promanant! Ut sublatis iis barbaricè sequi necesse sit, barbaricè impietatem, impietatem Legum contemptionem, omniumque scelerum ac flagitiorum effusam licentiam: Quorum Consideratione, præter triviales publicas Scholas, quarum plurimæ sunt per Orbem mitiorem constitutæ, & adhuc quotidie, DEO gratia, constituuntur, multas olim Imperatores Academias extruxerunt, admirandum, quantis easdem immunitatibus donarent. Certè si cui Demosthenis facundia, si cui Ciceronis Eloquentia concessa esset, non equidem posset voce sat magna, Oratione sat uberi Majorum in constituendis Scholis & Academiis, pietatem, bonitatem, laudare, prædicare, celebrare. Qui enim posset? Convertamus nos ad earundem contemplationem: Est Urbs Vienna clarissima quæ jam ab annis mille ducentis & triginta septem Artium liberalium, Studiosis hospitium præbuit. Est Heidelbergæ, ubi jam ab anno 1346. Academia floruit. Est Colonia ubi jam ab anno 1388. Erphordia, ubi ab anno 1392. Lipsia, ubi ab anno 1408. Rostochium, ubi ab anno 1419. Lovonia, ubi ab anno 1459. Academia in flore, vigore, honore. Quid de Academia Gryphsvaldensi quæ anno post natum Christum 1460. constituta fuit. Quid de Tubingensi, quæ anno 1477. erecta? Quid de Witebergensi, quæ anno 1502. initiata fuit? Quid de Francofurtana ad Viadrum, quæ anno 1506. exhibitæ. Marburgensem quod attinet, ea anno 1526. Regiomontana ve-

ro 1544. Jenensis anno 1548. Argentinensis anno 1568.
Altorfiana anno 1574. Helmstadiana 1576. constituta est.
O Sapientiam Veterum nunquam satis laudabilem ! O pietatem,
bonitatem immensam, æmulationem recentium honestissimam,
nunquam ex mortalium memoria vitæque evelendam,
sed ad totius Orbis memoriam sempiternam in fastis reponendam !
Tanta enim hæc omnia sunt, ita magna & splendida,
ut singularum Scholarum publicarum tam trivialium & particularium,
quam Universalium sive Academiarum præstantiæ, laudibusque describendis nemo sanè sufficiat.
Nos autem DEO ter optimo maximo pro tot tantisque beneficiis gratias agimus, quas possumus, maximas, & precamur,
ut Scholas publicas, istamque informandi consuetudinem optimam,
ad finem usque Mundi conservet : Professores quoque in Academiis,
ut & Præceptores in trivialibus, Spiritu suo sancto illuminet,
roboret, foveat, tutelâque divinâ servet : ut tanquam Servi fideles,
cum tota exulante in hisce terris CHRISTI Ecclesia tandem ex hac miseriarum valle sublati ad Academiam cœlestem, ubi æternis gaudiis perfruemur, evolent !



tum absit, ut exterarum nationum popu-
 cam à nobis addiscant, & suis etiam in loc-
 piant : Exemplo fit Vir ille eximia pru-
 Contareus, qui cum in Germania anima
 miscuè cuilibet, ut in Italia, Scholas priva-
 magna curà & diligentia, & non nisi publ-
 rum Vita & mores probati essent ad mun-
 reversus laudabilem hanc consuetudine
 summa cum collaudatione persuadere, &
 aliàs sapientissimè institutam intr oducere
 tamen laudabilis hic mos ita Juventute
 Germanos primò cœpit, sed si fides habe-
 Francos olim, qui sub Quercu suos eru-
 percelebris fuit & usitatissimus : Et
 Lycurgi tempore Spartanorum Liberos
 trio privatim parentibus educari erat pe-
 atque annum ætatis attigissent septimum
 ptos publicis subdidit Præceptoribus;
 fecit, ut non vellent, nec scirent ullo
 re, sed apum more ad Rempubl. sempe
 Sin hæc laudabilis passim jam in Orbe
 Scholis publicis laudis satis non afferre
 eligendas putaremus, vel ipsa necessitas
 deberet. Cum enim Rector ille huma-
 li planè diversitate ac ordine omnia ita
 una domo, non uno in homine omnes
 nã & scientiã, quæ nos humaniores red-
 ita divisæ ac dispersæ sint, ut hic Eloque-
 ille Theologiã, Jurisprudentiã, alius M-
 præditus sit, facile videmus, neminem
 si sedentem harum omnium posse fieri
 ad tot disciplinas, tot facultates propor-
 non publicis istæ in Scholis, ubi singulæ
 singularum facultatum Professores con-
 eius & majori cum fructu Juventuti in-



the scale towards document

nt, ut
 us cu-
 strina
 a pro-
 re, sed
 , quo-
 domú
 m suis
 publ.
 . Neg;
 apud
 , apud
 pulos,
 rchus,
 o arbi-
 simul
 s acce-
 assue-
 a vive-
 parati.
 etudo
 rivatis
 re nos
 mirabi-
 non in
 discipli-
 tur, sed
 ophiã,
 pitione
 lo qua-
 in unus
 ? an-
 arum,
 us, feli-
 Quod